

JURIS CANONICI  
METHODUS NOVA  
R. P.  
ERNRICI PIRHING  
SOCIETATIS JESU  
*Quinque Tomis Comprehensa*



# JUS CANONICUM IN V. LIBROS DECRETALIUM

*Distributum, novâ Methodo explicatum,*

## OMNIBUS CAPITULIS TITULORUM

(qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscue  
& confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis.

**ADJUNCTIS ALIIS QUÆSTIONIBUS CONNEXIS,  
QUÆ AD PLENAM CUJUSQUE TITULI, AUT MATERIAE  
COGNITIONEM, ET EXPOSITIONEM PERTINENT.**

ADDITI SUNT PRÆTER SYNOPTICUM ET METHODICUM,  
Duo alij Indices Alphabetici, unus rerum seu Quæstionum, altero  
Titulorum à pluribus desiderati

A U C T O R E

**R. P. ERNRICO PIRHING**  
SOCIETATIS JESV THEOLOGO,  
SS. CANONUM

IN ALMA, CATHOLICA, ET EPISCOPALI UNIVERSITATE  
DILINGANA PROFESSORE EMERITO.

**TOMUS PRIMUS.**

EDITIO NOVISSIMA.

*Cum Gratia,  
& Privilegio*

*Sacra Cesarea  
Majestatis*



*Juxta Exemplar*

**D I L I N G A E,**

*Superiorum Permissu.*

*FORMIS ACADEMICIS, Per JOANNEM FEDERLE.*

**ANNO M. DCCXXII.**



R E V E R E N D I S S I M O  
E T  
C E L S I S S I M O  
S R I P R I N C I P I  
D O M I N O D O M I N O  
M A R Q U A R D O I I  
E P I S C O P O  
E Y S T A D I A N O  
S A C R A E C A E S A R E A E  
M A J E S T A T I S  
A D I M P E R I I C O M I T I A  
R A T I S B O N A E  
C U M P L E N A P O T E S T A T E  
L E G A T O  
D O M I N O E T P R I N C I P I S V O  
C L E M E N T I S S I M O

Pontifica Jura explicandi labor meus, si difficultate ferrus est, Tua R.<sup>me</sup>  
& Celsissime Princeps MARQUARDE Humanitas Magne est; si ali-  
quā utilitate aureus, Tu Chrysomagnes. Ita enim hoc qualecunque opus ad  
R<sup>me</sup> Celsitudinis Tua Sacratissimas manus innata vi luctabatur, ac si polari illa  
virtute, etiam antequam esset, raperetur. Nondum animum scribendi indu-  
tam, cum jam conditionalia vota ad Te anhelabant, nulli, si scriberem,  
quam Tibi servituta. Postquam verò stylum arripui, primaum Decretalium  
meorum Decretum fuit, non aliam lucem his paginis querendi, quam que à  
fulgore Tui Nominis resplenderet.

## PROOE M I U M,

S I V E

PROLEGOMENA  
IN JUS CANONICUM.

L

**J**URIS operam datum ( sive Civilis , sive Canonico ) prius nōn oportet , unde nomen juris descendat , ait Ulpianus J. C. in l. 1. ff. de iustit. & iur. nam cuiusque res potissimum pars est principium , & incoveniens est , emissa iniitis , atque illatis ( ut ita dixerim ) manibus , protinus materiam interpretationis trahere , ut dicatur in l. 1. ff. de orig. iur. Nomen autem iuris , vel à iussu seu iubendo derivatur , juxta Aristotelem s. Eth. c. 1. prout idem est , quod lex sive iustum Superioris : vel per synecope à iusto denominatur jus , ut vult Isidorus in c. 1. dif. 1. ubi ait : *jus autem est dictum , quia iustum est* : vel denique etiam jus à iustitia appellatum est , ut ait Ulpian. In c. 1. ff. de iustit. & iur. non quidem proximè , sed remotè , nam jus proxime à iusto , medietate verò à iustitia appellacionem facit , quia jus sumptum pro iusto est objectum virtutis iustitiae , teste S. Thom. 1. 2. qn. 57. a. 1. iustitia enim facit , & constituit iustum sive aequum.

II. Sicut autem jus variè derivatur , ita & variis modis accipitur , ut testatur Paulus J. C. in l. penult. ff. de iustit. & iur. Et quidem primum ac precipiat jus , secundum primam nominis Etymologiam , significat idem , quod iustum . Iustum autem dupliciter accipitur . 1. generatio , ita ut idem sit , quod legiisdictum , seu legi & recte rationi conforme & concomitent , tanquam regulæ omnis operationis humanae , quo pacto omnes opus virtutis jus & iustum dicitur , quia legi & recte rationi est consuetaneum : & jus sive iustum sic acceptum ad generaliter seu legalem iustitiam pertinet , per quam quisque reddit , quod iustum ac debetum est Reipubl. cupas ipse pax est . 2. accipitur iustum specialiter ac strictè pro eo , quod est aequum , sive aequaliter & alteri debitum , & ut sic est formale objectum iustitiae particularis , huc enim definitur per iusta tanquam suum objectum ab Ulpiano in l. 1. ff. de iustit. & iur. ubi ait , *iustitia est constantia & perpetua voluntas sive fons cuique tribuendis cuius definitio sensus est* : iustitia est virtus finis , & constanter inclinans voluntatem ad tribuendum aliis , quod iustum est , sive debitum secundum aequalitatem . S. Thom. 1. 2. qn. 58. art. 1. Molin. tract. 1. de iustit. dif. 2. num. 3. Laym. l. 3. Tocul. mor. tract. 1. cap. 1. numer. 1. Ex quo sequitur , tres conditiones ad iustum & iustitiam proprie dictionem requiri : ut voluntas circa debitum sive obligationem aliquam , reddit ad aequalitatem , & ut sit ad alterum , nihil enim sibi est aequalis , sed aliter , ut docet S. Thom. qn. 57. a. 1. & qn. 58. a. 2.

III. Secundo jus accipitur pro modali facultate seu legitima , id est , a lege concessa potestate ad aliquid agendum , petendam , acquirendam , disponendum , uenandum , retinendum , alienandum , &c. quia sensu jus est quasi radix seu fundamentum Juris accepti pro quo electi debito , nam ex eo , quod licet ex iustitia quippe est debitum , acquiritur ei facultas agendi , petendi , uenendi &c. Et hoc sensu dicitur quis iuste suo

uri , habere jus agnationis vel cognationis ad hereditates vel tutelas , quod pas necessitudinis appellatur in l. ult. ff. de iustit. & iur. Eodem sensu dicimus heres succedere in omne jus defuncti , reg. iur. 59. & 62. in ff. Et nemo plus juris ten potest in alterum transferre potest , quam ipse habeat , reg. iur. 54. in ff. & nullus videtur dolo facere , qui iuste suo utitur , reg. 33. ff. cod. Molin. c. l. nn. 4. Less. l. 3. de iustit. c. 2. dub. 1. nn. 1. Laym. cit. c. 1. nn. 4.

IV. Testim accipitur jus pro lege , que est regula iustitiae , seu iusti in genere nam cum legibus non nisi id quod iustum est , sive debitum inter cives , vel erga Rempubl. statutis , hinc factum est , ut ipsæ leges ratione divine , tum humanæ iura appellarentur . In qua significacione jus accipitur in c. 2. dif. 1. ubi Isidorus ait , *jus generale nomen est , lex autem [ scripta scilicet ] iuri est species* . Molin. cit. dif. 1. nn. 1. Et hinc etiam ipsa iudicis sententia jus dicitur in l. pen. ff. de iustit. & iur. quia est velut quedam lex , non quidem publica , sed privata , per quam inter partes litigantes jus dicitur , & pronuntiatur , quid iustum sit , & alteri debitum , quid item legitimum , sive legibus consonum . Molin. c. l. nn. 4. Laym. c. l. nn. 3.

Quartò accipitur jus pro ipsa scientia iuriorum sive legum , quo sensu usurpatius Ius Ulpianus c. l. 1. dicitur : iuri , id est , scientie legum operam daruotum , nōn oportet , unde nomen juris descendat : & definitur Ius sic acceptum in c. l. 1. est ars boni & aequi , sive iurisprudentia est divisionem arquit humanarum rerum iustitia , iusti & iustitiae scientia , q. 1. Iustit. de iustit. & iur. id est , cognitione seu peritia preceptorum , que docent , quid iustum , vel iusplenum , quid aequum vel iudicium sit . Ita Ius Civile pro studio seu notitia legum civilium , & Ius Canonicum pro studio seu notitia Ecclesiasticorum Canonum frequenter accipitur , sive etiam ipsa ars seu peritia adhibendi medicamenta ad sanitatem obtinendam Medicina appellatur , denominatione alijs solo objecto ad habitum scientiae translata . Mol. cit. dif. 1. nn. 1.

Quinto denique etiam ipse loqui , in quo jus partibus litigantibus redditur lex dicitur , Ius appellatur in c. l. penult. ff. de iustit. & iur. Ex quo nomine sunt haec loquendi formulæ : in jus vocare , ambulare , in iure comparere , seu se sustene , id est , in loco judicij , ubi iudicium exercetur . S. Thom. cit. qn. 57. a. 1. ad 14 Molin. c. l. nn. 4. Laym. cit. c. 1. in iure .

V. Porro iustitiae duas sunt species , juxta Aristotelem s. Ethic. c. 2. & S. Thom. 2. 1. q. 61. a. 1. & 3. & D.D. committere , commutativa & distributiva . Prior circa commutationes versatur , que inter personas vere distinctas , ut Titium & Caium , vel quasi personas , ut cum contrahitur cum Collegio vel Republica , que est persona ficta , vel damnum ei inferitur , secundum perfectam equalitatem fieri debent , videlicet ut , quantum acceptum finie , tantundem vicissim decur , seu restituatur . Sunt autem duplices generis commutationes , & inde ortæ obligaciones ; aliae voluntarie , que mutuo consentia partium sunt , v. g. per contractum exemptionis ac venditionis , in quibus servari debet